Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In natiuitate dñi. ipmo gallicatu

RATES

Lume omnes reddamus dño deo qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate. Huic oportet ut canamus cum angelis semp gloria in excelsis. ℣ alia

Hodie celebramus laudibus pijs digna. Huius diei carmina inqua nobis lux oritur gratissima. Noctis inter nebulosa peruigil nostri criminis umbracula. Hodie seculo maius stella est enixa nouę salutis gaudia. Quem tremunt barathra mors cruenta pauent ipsa a quo pulsi mortua. Genus capta pestis antiqua soluebat uiuidus perdit spolia. Homo lapsus eius adducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat dragma decima pdita ꝙ est inuenta. O culpa numium beata qua redempti est natura. O ꝙ qui creauit omnia nascitur ex femina. Mutabilis natura mutatę indutus assumens quod non erat manens quod erat. Inducitur natura diuinitus humana quis audiuit talia die togo facta. Quę ut uenerat pastor pius quod perierat. Induit galeam certat ut miles armatura. Prostratus in sua propria ut hostis spicula auferuntur tela. Inquibus fidebat diuisa sunt spolia capta preda sua. Xpi pugna fortissima salus nra est uera. Qui nos suam ad patriam duxit post uictoriam. Inqua sibi laus est eterna. ad publicā mis.

Natus ante secula dei filius inuisibilis interimus. Per quem fit machina celi ac terre maris ꝙ in his degencium. Per quem dies ac hore labant ac se iterum recipeant. Quē angeli in arce poli uoce consona sic percantant. Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis criminis de carne marie uirginis quo primi parentis culpam cuncti lacruiam tergeret. Hoc plens diecula loquitur prelucida ad aucta longitudine quod sol ueteris tedio sue luminis uetustas mundi depulerit gemitus tenebras. Hec nox nocet nouo syderis luce quod magos reuelat sacros. Nec gregum magistris desit lumen quos preuenerit claritas militum dei. Gaude dei genitrix quam circumstetit obstetricum unde concinentes angeli gloriam deo. Xpe patris unice qui humanam nri causa formam assumpsisti ex